Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26278
Copyright: Admont, Benediktinerstift



106

que habitaret non inuenerunt. Et sitientes & siuientes. anima eorum in ipsis deficiebat. Et clamauerunt ad dominum in tribulatione sua. & de afflictione eorum eripuit eos. Et duxit illos uia recta. in ciuitatem habitabilem. Confitentur domino misericordie eius. & mirabilia filiis hominum. Quia satiauit animam uacuam. & animam esurientem impleuit bonis. Habitantes in tenebris & umbra mortis. alligando in inopia & ferro. Quia ipsi ad uocauerunt sermonem dei. & consilium excelsi blasphemauerunt. Et humiliauit in labore cor eorum. ceciderunt & non erat qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum in tribulatione sua. & de angustiis eorum liberauit eos. Et eduxit de tenebris & umbra mortis. & uincula eorum disrupit. Confitentur domino misericordie eius. & mirabilia eius filiis hominum. Quia contriuit portas ereas. & uectes